Quaestio medica quodlib. disput. agitanda in Scholis Medicorum die Jovis 4a Decembris. M.

Simone Ponceto Moderatore.

Estne fluxibus Alvi Purgatio venae sectione commodior?

Alvi repugnando corpori à naturâ destinatae profluvium, quo frequens humidorum excrementorum fit dejectio, diarrhaea est. Haec autem aestati, caelo humido, balbis, pueris (quibus grandioribus dentes [illegible]) et senibus familiaris, vel mali copia aut qualitate molestae confluxu, et anadoseos impedimento excitatur. Alias dejectio (quae solius ventris affectionum judex est) si facilis, si cum signis coctionis (quibus apparentibus etiam moriturus aeger) si die critico contingens (ubi cum [illegible] ophthalmiam aut hydropem solvit) salutaris, et sinenda est. At vero [illegible], nigra in principio, alba in progressu, pinguis in causo, profusa in tabe et plenitudine perniciosa, in cachexia languore, dolore et vigiliis laboriosa, cui levi primum cathartico succurrendum, languida etiam virtute non solum proficitur phlebotomia, mox ventriculo et jecori (quibus astringentia sunt necessaria) [illegible] profficiendum. Fluxus demum cohibendus cui cibarium stypticum ex fructus austeris, assa omnia, lac, vinum, media, somnus, quies, frictiones, cucurbitulae, diuretica, diaphoretica ex balneum, vomitus quoque et suffumigiis prodest.

Quamquam si utrinque simul bilis (quae si pallida optima, si viridis pessima) fiat eruptio cum torminibus, anxietudine, siti, vigilia, affectio est ventriculi acutissima, [illegible], et valde praesertim senibus periculosa, cum tamen si consentanea fuerit, aut consueta. Huic enim saepius assidet ephidrosis quae nunquam bona, perfrigeratio in acutis perniciosa, vermiculans pulsus qui urina celerior, singultus quem solum sternutatio, convulsio pudoris cognata, syncope; quae tria in statu (in quo solo aeger moritur) non principio sunt lethalia. Hinc ex [illegible] omnibus cunctari malum. Quo itaque natura dandum, vomitus quidem vomitu, fluxus fluxu curandus venae sectioni reclamante natura. [illegible] si observetis, famem odoribus, sitim succo granatorum [illegible]. Vomitu cucurbitulis, vinculis, admotisque pondere quam sumptis astringentibus, ex fotibus quam emplastris componendis. Viribus interim vino consulendum, ac imminentibus symptomatis occurrendum.

Dysenteria saepe contagiosa aetati omni, sed senili et puerili maxime calamitosa, aestati et autumno familiaris, mulieri difficilior, et cum tussi miserabilis est [illegible] nunquam critica [illegible] hydropis et mamarum supervenientes salutaris, cui si anorexia aut febris successerint malum. Haec ab humore acri (sed ab atra bile exitiosa) vel in tenuibus intestinis (quae difficilius curantur) vel in crassis stabulante excitatur. Quo abraduntur pinguia, deducuntur ramenta, penitus depascuntur caruncula (quo tempore lethalis est) cum sanguinis excernuntur sanabilis, et intempestivo suffocata abscessum facit. Quare purgandus humor myrobalanis, vel rheo [illegible] in substantia, sed infuso ad derivandum [illegible], imbecillis plurimum viribus sanguinis detractionem, [illegible] frequenti clystere [illegible] primum, deinde astringente [illegible]. Non negligendis anodynis aut narcoticis [illegible] conformatis, [illegible] (quod propterea exsiccari postulat) collecticis et epuloticis consulendum.

Huic symptomatis omnibus similis est tenesmus, imo summo desidendi conatu propter bilem, aut salsam pituitam ad sedem haerentem vel calidas haemorrhoides [struck] quae apertae sunt deteriores, vel ascarides (qui ex à dulcibus nascuntur, sic necantur amaris) vel tumorem, vel frigus [illegible] mordax, quo nihil fere praeter mucosum quiddam et subcruentum egeritur, cum [illegible]. Hic [illegible] à pituitosis ex frequentior, ita difficilior [illegible] minatur abortum. [illegible] et ani prolapsum, nec non dysenteriam, stranguriam, miserabilem ileum [struck] ilei non proprium, aut colicum dolorem omnium gravissimum. Sed tamen accedente febre mitiorem inducunt [illegible] occurrendum si fixus, et [illegible] frequentibus [illegible] educatur, interim [illegible] contrariis [illegible], fomentis, et suffitibus emendetur. [illegible] consolidantibus curetur. Propinato interdum cathartico [illegible] quod sanguinis missione commodius est.

A caeteris fluxibus nedum coeliaca, cibi apepsia, citaque dejectione lienteria distinguitur. Quae à contentricis non solum ventriculi (unde [illegible] omni confusio) sed etiam intestinorum infirmitate à sola intemperie frigida aut humida noxia doloris, vel ab exulceris irritatione à re mordaci nascitur. Sed illa ab hac doloris, et sitis vacuitate, bulymo, oxyrhegmia (quae huic supervenienti bona) vultus linguae humorum dominio concoloris, et excretorum pituitam designante colore separatur. Utriusque vero par est [illegible], quae etiam in morbos chronicos aut dysenteriam incidit, soluti cui hydrops aut atrophia succedit funesta, alioquin intro contrariis [illegible] curanda. Quae sit ab acrimonia, et [illegible] refrigerantibus et astringentibus. Quae à frigore cibis, [illegible], et aromaticis, vino generoso, medicamentis stypticis, sed calefacientibus, praemisso tamen si peccet pituita vomitu, aut levi phlegmagogo, sed neglecta venae sectione, quibus [illegible] naturae confirmantibus proficiendum.

Est igitur fluxibus alvi Purgatio venae sectione commodior.

Proponebat Lutetiae Bartholomaeus Perdulcis Viennensis. A. M.D.LXXI.

F.M.P. [illegible]thèque